



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

194. An Sacerdos Regularis peccet mortaliter, si in Canone Missæ  
Religionis? Et an in Collectis Missæ nullus Sacerdos possit aliquid addere  
sub pœna peccati mortalis, præter Orationem solitam pro ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

# Atque de SS. Euch. Sacr. Ref. CXCII. &c. 111

*Sep. hoc sup.  
in Ref.  
186. §. Vide  
ad lin. & in  
Ref. 187. &  
in Ref. 71.  
§. vlt. post  
medium.*

3. Notandum hic obiter me satis probabiliter di-  
xisse non esse peccatum mortale relinquere : Con-  
muni & antes, vel Hanc igitur oblationem, quae inter-  
poni solent in Festis Nativitatis, Resurrectionis, &  
Pentecostes ; & ita me citato tener Dicastillus vbi  
supra ; & me etiam citato Leandrus 9.61. Vide etiam  
Ioannem Henriquez in q. præl. secl. 2. q. 17.

4. Sed quid dicendum si aliquis v.g. in die Pen-  
tecostes ex inconsideratione omittat *Communican-*  
*tes*, & Hanc igitur oblationem teneretur postea illa re-  
petere ? Et respondeo negatiè contra doctrina generali-  
am contra Vazquez docet Dicastillus *loci citato*,  
num. 266. nempe in Missa nihil repetendum, quod non fit de substaitia, etiam sine scandalo, aut nota-  
bili possit, sed ulterius pergendum : Nam in rubricis  
Missalis, vbi agitur de defectibus in celebratione  
Missarum occurribus §. cuius titulus est : *De de-  
fectibus forme in fine*, dicitur : Si valde probabilitas  
dubitatur, sed aliquid essentiale omisso, iterum formam,  
saltem sub tacita conditione : si autem non sunt de  
necessitate sacramenti, non resumat ; sed procedat  
ulterius.

5. Talia autem sunt verba, de quibus nunc agi-  
mus, quae non sunt de necessitate sacramenti : Ergo  
illa iam omisa, etiam si quis fecerit possit, non sunt  
repetenda, sed pergendum ulterius. Si vero quis pro-  
babilitas dubitet, aut credat omisso aliiquid perti-  
nens ad essentiam consecrationis, potest, & debet, ut  
adserit Missale, etiam post longam moram repeteret  
sunt conditione prædicta, saltem tacita, quia tunc nullum  
est periculum, licet prius protulerit.

6. Ad hoc autem ut talis repetitio fiat, non suffi-  
ciet quodcumque dubium : sapè enim verba profes-  
tum ex vñs ; immo aliquando etiam attendit, quorum  
potest non recordamus, an fuerint prolatæ, quando  
reflectimur ; quia, ut postea recordemur, & fiat me-  
morabile, non tantum fuit necessarium attenit cogi-  
tare ; sed etiam cogitare cum aliquali reflexione,  
quod dicamus. Vnde scrupulosi debent omnino  
quiscere in hoc, nec repeterere, etiam si non recorda-  
tor. Tantum ergo est facienda repetitio: quando  
cerid vel probabilitas constat de omissione eorum,  
que sunt de necessitate forma.

## RESOL. CXCII.

An Sacerdos, qui omittet in Canone Missæ v.g. sex  
aut octo nomina Sanctorum, excusaretur a peccato  
mortali ratione paucitatis materiae?

Et cursum docetur quod si in consecratione Calicis omittatur  
ex pars Novi & aeterni testamenti, vel si quis  
tner Latinos latine celebrans formam consecratio-  
nis Graeco vel Hispano sermone conciperet, an sit  
mortale, vel tantum veniale?

Et quid, si in Missa Epistola, Euangelium, aut Offerto-  
rium omittentur scienter, an sit peccatum mortale?

Et quid, si omittetur Gloria, vel Credo, aut tres pri-  
ma orationes?

Et inferatur, quod si omittatur in Baptismo magna pars  
ceremoniarum, quas Ecclesia prescribit, an sit pec-  
catum mortale? Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 37.  
alias 36.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondeat Bernal de Sacram.  
disput. 6. secl. 4. num. 93. vbi sic ait : Mutationem  
facere interdum erit contra Religionem mortale. Ut si omittatur in Baptismo magna pars cere-  
moniarum, quas Ecclesia prescribit ; aut in Conse-  
cratione Calicis ea pars : *Nous*, & aeterni testamenti :  
vel si quis inter Latinos Latinè celebrans, formam  
Tom. II.

Consecrationis Græco, vel Hispano sermone conci-  
peret. Interdum erit peccatum contra Religionem  
veniale. Nempe si mutatio ratione lenitatis materiae  
non afferat grauem irreuerentiam, aut indecentiam :  
ut si ex ceremoniis baptifini scienter omittat Paro-  
chus vnam aut alteram, & Sacerdos in Missa parti-  
aliquam exiguum Canonis, ut oculo, vel decim no-  
mina Sanctorum : cur enim haec non sit materia le-  
uis? Ita ille.

2. Sed haec opinio, pace viri docti, videtur mihi  
aliquantulum laxa ; non enim in Canone reputan-  
da est materia leuis talis omisso ; sed potius grauis,  
& ideo Pater Suarez in 3. part. *Diss. Thoma*, tom. 3.  
diff. 8. 3. secl. 3. explicavit materiam leuem in omisso-  
ne vnum nominis, vel alterius alieuius Sancti ; vnde  
ex illo sic afferit Iacobus Granado in 3. p. controu. 6.  
tract. 14. disput. 14. num. 3. si pars notabilis earum,  
qua in Missa semper dicuntur, v.g. Euangelium, Epis-  
tola, Offertoriu, scienter omittatur, erit pecca-  
tum mortale, ut recte Henriquez lib. 9. cap. 30. §. 3.  
& Suarez proximè relatus, qui bene addit, quando  
pars, que omittitur, non est nec necessaria ad ordinaria-  
ria Missa integratam, quia solerit non dici, ut Sym-  
bolum, vel Gloria, vel tres orationes, facilius posse  
à culpa mortali excusari eius omissionem. Similiter  
bene docet, non esse mortale omittere minimam  
partem Canonis, v.g. vnum, aut alterum nomen  
alieuius Sancti. Ita ille. Cui addit, & me citato,  
Leandrus de *Sacram.* tom. 2. tr. 8. diff. 7. quest. 61.  
& me citato Dicastillus de *Sacram.* tom. 1. tract. 5.  
diff. 4. dub. 13. n. 257. Et ideo apponam hie verba Pa-  
tris Tamburini, opus. de *Sacram.* Miss. lib. 2. cap. 5.  
§. 2. n. 4. vbi sic ait : Omittere vnum Verbum in Ca-  
none, esse mortale, aliqui affirmant : Sed certè licet  
minor omisso sufficiat ad constitendum mortale  
in Canone propter eius reverentiam, quam in aliis  
Missæ partibus, tamen omittere vnum, aut alterum  
verbum, non excedere lineam leuitatis, merito  
committenter censent Doctores. Ita ille.

3. Iraque ego puto contra Bernal, quod relin-  
queret oculo nomina Sanctorum in Canone Missæ sit  
peccatum mortale, non aerident tamen de hoc dam-  
nare, si aliquis tria tantum nomina relinqueret ex  
auctoritate P. Garzia in *Summa Theol.* mor. tract. 3.  
difficul. 8. dub. 6. pñct. 2. n. 20. vbi sic ait : [La commun  
opinion y cierta es que dexar dos, ni tres palabras  
(ego adderem & quartam) en el Canone no es ma-  
teria sufficiente para pecado mortal.] Ita ille.

## RESOL. CXCIII.

An Sacerdos, qui ex intentione non nominat aliquem  
Sanctum eorum, qui in Canone Missæ ponuntur, pec-  
cat mortali?

Ex p. tract. 14. Ref. 49.

§. 1. **P**Ecce mortaliter putatus Didacus Nughus  
in 3. p. tom. 1. q. 8. art. 4. dub. 2. concl. 2.

2. Sed quia in hac materia datur etiam parvitas  
materiae ego puto, Sacerdotem hoc facientem, culpa  
lethalis minime esse reum. Colligitur hoc ex Homo-  
bono de Bonis in exam. Eccles. p. 11. vñs. 4. 2. 16. q. 152.  
& absolute tener habere sententiam Fillius tom. 1.  
tr. 5. cap. 5. n. 155.

## RESOL. CXCIV.

An Sacerdos Regularis peccat mortaliiter, si in canone  
Missæ pro nomine Episcopi ponat nomen Generalis  
sua Religionis?

*Sup. in an-  
noci. vlt. ha-  
ius Ref.*

*Sup his Epis-  
tola, Evan-  
gelium, &c.  
in Ref. præ-  
terita, & in  
alio §. eius  
not. pro hac  
quaestione, &  
prosequen-  
tibus à ver.  
Similiter hu-  
ius textus in  
Ref. not. pri-  
me huius  
Ref.*

*Sup. hoc &  
seq. in hoc §.  
in Refolu-  
tionibus  
not. prime  
huius Ref.  
hanc sequen-  
tem, &c.*

*Sup. hoc cu-  
codem Nu-  
gno supra in  
Ref. 186. §. 1.  
in fine, & in  
Ref. 192. §.  
Sed in prin-  
cipio, ad lin.  
6. & in fine  
dicte Ref.  
sed lege eam  
per totam,  
& ver. eius  
prime nor.  
& infra in  
Refol. 223.  
cursum in §.  
vlt. & supra  
in Ref. 187.  
§. 2.*

K 2 Et

*Et an in Collectis Missarum nullus Sacerdos possit aliquid addere sub pena peccati mortalis, prater Orationem solitam pro Rege, & eius prole, & exercitu? Ex p. 2. tract. 34. Resol. 40.*

**S. I.** R espondeo affirmative ex declaratione Cardinalium, quæ sic aliter: Cū Caesar Episcopus Nouariensis in Hispaniis Nuntius Apostolicus esset, fuit coram eo dubitatum, ut Religiosi peccarent mortaliter in Canone Missæ dicendo commemorationem pro Episcopo loci, in cuius locum poserant Superiorum Ordinis; consulta ab ipso Nuntio sancta Sede Apostolica respondit eos mortaliter peccare, cū sit ad ynguem Missale obseruandum, nec in Collectis Missæ posse aliquid addi sub eadem pena prater Orationem solitam pro Rege, & eius vice. & exercitu.

Sup. hoc su-  
pra lege do-  
ctrinam Ref.  
185. & §. eius  
primæ an-  
not. & etiam  
secundæ.

2. Hanc declarationem inuenies apud Rodriguez  
in sum. tom. 4. cap. 5. n. 13. vbi tamen addit. [que no  
codenaria a pecado mortal, lo que no teniendo noti  
cia desta declaracion, ni sabiendo ser authentica añ  
adir algo en la collecta.] Post. hæc scripta, inueni  
hanc declarationem Cardinalem adducere etiam  
Villalob. in summ. p. 1. træbl. 8. diff. 3. n. 3. Portel. in  
dub. Regul. ver. Missa, n. 14.

RESOL. CXCV.

*Aliqua curiosa circa Ritus in ordine ad celebrationem  
Missa obseruantur.*

*Primo, an Sacerdos dum lauat manus debet recitare  
totum Psalmum cum Gloria Patri in cornu Epistola;  
Secundo notatur, quod Generalis, & Provincialis Regu-  
larium, dum Missam cantant, possint sedere ad par-  
tem Evangelij, sicut facit Episcopus, praecl<sup>e</sup> loquen-  
do de seipso: quia Prelati, Abbat<sup>i</sup>, Regulares in  
eodem loco sedent, ceteri vero celebrantes sedere de-  
bet ad cornu Epistola.*

Terri obiter adueritur Sacerdotem sine folla, & cotta  
transferendo Pyxidem, in qua custoditur Eucharistia  
Sacramentum ad aliud Altare, non peccare morta-  
liter, sed solium venialiter, etiam si hoc faciat coram  
aliquibus videntibus.

*Ex quo inferatur quod laicus etiam in peccato mortali existens, hoc Sacramentum tangens, vel in casu necessitatis deferens illud ad infirmum, non peccat mortaliter.*

*Quarto etiam obiter queritur, quis sit modus communicandi, & pro modo, & in exemplis dducuntur aliqui casus.*

Tandem interrogatur, an Orationes septem Psalmorum  
Poenitentialium à Sacerdote in fine Litaniarum di-  
cenda sint genu flexo, an stante?  
Idem est, quando in choro recitantur Litaniae in diebus  
Rogationum, quod à stantibus recitanda sunt Ora-  
tiones. Ex p. 10. tt. 13. & Misc. 3. Ref. 34.

§. I. Difficulitas est, an Sacerdos, dum lauat manus debeat recitare totum Psalmum cum Gloria Patri in cornu Epistolæ. Gauantus purat versus sum Gloria Patri dici posse cum reditur in medio Altaris, & caput inclinatur; sed hoc non placet Patri Bordono in consil. Regul. tom. 2. refol. 64. n. 9. quia si ad Gloria Patri, inclinatur caput, sine dubio persistere debet usque ad illius finem in cornu Epistolæ, & post redire ad medium Altaris; aliter actum inclinationis capitis præstare non potest, quia capitinis humiliatio sine motu locali persona. Confirmatur, quia Gloria Patri est pars Psalmi: ergo in cornu Epistola dicendum sicut dicitur Psalmus; totius enim, & pat-

tis idem ius est, leg. qua de tota 75 ff. de rei vendic. cap. Pastoralis 28. §. Item cum totum, ff. de off. deleg. Hec P. Bordonus, cui ego adhaereo, stante auctoritate vii magni Petri Ruiz in ordine celebrandi Missa, p. 34, 6. vbi sic ait: *Tum iunctis ante pedius manibus fala ibi inclinatione accedit ad cornu Epistolæ, vbi stans ministro aquam fundente lauat manus, id est extermitates digitorum pollicis, & indicis ambarum manuum, dicens totum Psalmum, cum Gloria Patri, Ia uabo inter innocentes manus meas, &c. quo finito Celebrans lotis manibus eas tergit, & illis ante pedius iunctis reveritur ante medium Altaris, vbi stans, &c. Ita ille; qui ut vides, vult vult totum Psalmum Laubo, cum Gloria, recitent in cornu Epistolæ.*

2. Notat idem Bordonus, n. 17. quod Generalis, & Provincialis, dum Misericordiam cantant, possunt fidei ad partem Euangelij, sicut facit Episcopos, logendo praeceps de sessione, ratione loci : quia honotandi sunt, cum nos solum comparetur cum Episcopis, sed etiam cum Patriarchis, & Primariis, Roding, tom. 1. q. 12. art. 5. & quia Principes sunt in iure Religionibus, ex eodem Rodrig. 6.9. art. 3. Compendio, fol. 190. n. 33. & quia Prelati Abbates Regularis, ex dem loco sedent, *Caremon. Canon. Regul. S. Benedicti*, 17. Deinde Gauantus p. 1. tit. 17. n. 6. dicit Celebrantes ideò sedere ad latus Epistola, & cedant locum Euangelij Episcopo sedenti, si adsit ; Sed Episcopi non solent sedere in Ecclesiis Regularibus : regularibus est proprius Generalis, & Provincialis.

3. Notat etiam n. 20. Sacerdotem sine Cate., & Stola transferendo Pixedim in qua custodire Eucharistiae Sacramentum ad aliud Altare, non peccare mortaliter, sed solùm venialiter, etiam si hoc factum coram aliquibus videntibus; quia non confitit hoc Sacramentū, neque ad id munus deferendi praeclisè requiritur deputatio; ex quo laicus etiam in peccato mortali existens illud tangens, vel etiam in via necessitatis deferens ad infirmum non peccat mortaliter ex Paludano in 4. dist. 5. q. 2. com. 3. & c. p. Suarez in p. 3. tom. 3. dist. p. 72. s. c. 4. ergo à fortiori se cerdos illud praeclisè deferens in Tabernaculo, non proinde tangens immediatè, non peccat mortaliter. Confirmatur in sententia eorum, qui afferunt missam strahem illud in peccato mortali, non peccare mortaliter, ergo à fortiori neque qui illud tangit in ordine. Quæ rationes licet probent formaliter in ordinis ad tactum, nihilominus coadiuvant etiam in ordine praeclisè ad decentiam Sacrorum indumentorum, quotum omissione in eo casu non inferat tantum irrecutientiam, quantum inducit peccatum mortale in Ministerio, vel alio tangente Sacratissimum Christi Corpus. Ita Bordonus.

4. Quare hic, quid sit modus communicandi  
Posse in usus de officio. Curatis cap. 8.n.5. sic ait: Communi-  
cio non bene datur cum sola Pyxide, quia tempore  
fragmenta cadunt, quae si non excipiuntur a Patre  
retenta inter indicem, & medium digitum sustinuerint  
manus, cadunt in sensibili ter in terram, etiamque par-  
ticularis diligenter a minutissimi fragmentis purgantur  
ris ante Consecrationem. Applica Patrem, & expe-  
riencia veritatem docebit: falso enim in magnis communi-  
cionibus. Sed hoc est contra confundendum, & con-  
tra Rubricam Missalis, tit. 10. num. 6. vbi habentur  
hac verba: *Manu sinistra Pyxide, fer Paternum*  
*Sacramento. Ergo stat in potestate Sacerdotis vel py-*  
*xide, vel Patena. Quod patet ex illa particula, seu*  
*nam propria vis huius dictio est, ut difundatur,*  
*seu alterius accipiatur, ut patet ex l. i. §. sub ita-*  
*ff. ad Trebell., leg. si quis ita legaverit, ff de anno, & ar-*  
*gento legato, leg. generali, & docet Menochius conf.*  
*738. num. 1. & 8. Alexander conf. 79. num. 5. Nati-*